



Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Diploma B. Idae, Matris Godefridi Bvllonii, Ducis Lotharingiae, & pòst Regis
Hierosolymorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

An. 1138.

terus de Crainhem, Henricus de Afficha, Hugo Rampart, Vualterus de Merbeca, Arnulphus de Oppendorp, Gosuinus Hirundo, Vualterus de Vvembleue, Nicolaus de Ozkerka, Arnulfus de Bigardis, Arnulfus de Rode, Lambertus de Sauenthem, Giselinus de Hunzeghem, Anselmus de Capella, Franco Pincerna, Gosuinus Clubbiue, Rinerus de Hauerel, Gosuinus filius Modebaræ, Franco filius Mariæ, Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini C I O. c. XXXVII. Indictione prima, in Pontificatu Innocentio, in regno Conrado præsidente.

DIPLOMA B. IDAE, MATRIS GODEFRIDI BULLONII,
Ducis Lotharingiæ, & post Regis Hierosolymorum.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.
Ego Ida boloniensis Comitissa, humilis
Christianilla, cunctis in fide manentibus
gaudia promereri promissa fidelibus. Notum
fieri cupio, tam præsentibus, quam futuris,
signum meæ dilectionis, erga Dominos meos,
& fratres, videlicet monachos cœnobij
Noui monasterij, cui vocabulum Hafflingem
inditum erat ab antiquis. Quoniam mihi,
multisque eorum complacuit conuersatio,
& religionis effectus, dignum duxi me com-
mendare talium orationibus, nec in incerto
diuiti-

diuitiarum sperare, sed has potius cum eis
participare. Igitur in allodio meo, & villa,
quæ vocatur Genapia, pro salute animæ meæ, *Ida Gen-*
piaensem
patris quoque mei Ducis Godefridi, & Comi-*Ecclesiam*
tis Eustathij Domini mei, Ecclesiam cum de-*dat affi-*
cimis & vniuersis eius redditibus, firmiter *gemen sibus.*
perpetuoque iure tenendam dedi supradictis
fratribus; in idipsum filijs meis Godefrido,
Eustathio, Balduino mihi cooperantibus.
Filius quoque meus Dux Godefridus in ea-
dem villa Genapia quinque mansos terræ do-
nauit ijsdem fratribus, ad quos ego postea in
augmentum concessi quasdam partes circumiacentes, planè sextum mansum conti-
nentes, ab omni comitatu, & censu tributario
liberas & expertes. Insuper autem quidquid,
sibi vendicabant, quippe quod à prioris doni
tempore possederant, & vsibus suis assigna-
uerant, siue in siluis, siue in pascuis, siue in
* sartis, eis concessi eadem libertate, quæ te-
nui, sed & omne participium in silua, & reli-
quo vsuario communi, in hoc nihilominus
filijs meis consentientibus mihi. Factum est
autem hoc apud Traiectum in Ecclesia S. Ser-
uatij confessoris, præsentibus etiam reliquijs
sanctæ Gertrudis virginis pro simili negotio
illuc tunc allatis. Ut autem hæc traditio om-
nibus retrò seculis rata & inconuulta per-
maneat, omnem rem, vti gesta est, literarum
memoriæ commendamus, & sigillis nostris
ego & Godefridus filius meus roboramus, &
testes idoneos, qui huic rei interfuerunt, sub-
tersi-

* Satis.

ter signauimus. ¶ Signum Lamberti nostri capellani, S. Roberti capellani. S. Gerardi comitis de Gelre, & fratrī eius Henrici. S. Godescalci de Iacen, S. Henrici de Cuc. S. Arnulfi de Rede, S. Cononis de Montaut. S. Theoderici de Bemel. S. Hende birbaica, S. Balduini de Ostruic. S. Vualteri de Grimberges, S. Reyneri Aduocati Leodicensis. Denique de scriptis testibus, & illud notum facimus, quod Comes Henricus qui eandem villam in beneficium à nobis tenuit, duobus annis antequam hæc donatio confirmaretur, nobis reddiderit ad opus fratrum, quod ad eum pertinuit. Factum est autem hoc incarnationis Domini anno millesimo nonagesimo sexto, Indictione quarta, regnante Domino nostro Iesu Christo: anno etiam profectionis Christianorum contra paganos Ierusalem.

DE Affligemensi cœnobij exordijs, deq[ue] eius filiabus, &c, ut sic dicam, traducibus, puta VVauerensi, Fraxinensi, Andreano, Forestensi, Bornehemensi, Bigardiensi, & Fliderbecano monasterijs siue cellis, distincta temporum serie, leguntur ista in manuscripto Sigebertini Chronicorum exemplari Lipsiano.

Anno C¹0. LXXXIII, Affligemense cœnobium tale, auxiliante Deo, sumvit exordium. Prædicante Vuetherico seruo Dei, qui quasi stella matutina in medio nebulæ, effugandis obscuritatibus erroris apparuit, conuersi quinq[ue] milites suis integrè renuntiant. Inter

quos

An. 1096.

An. 1083.

quos Gerardus Niger, qui cæteris excellentior videbatur, doctoris sui consilio animatus, cum socijs locum Afflighem dictum, sicut nomine, sic omni barbarie incultum (quippe qui latrocinantium tantum conuenticulis aptus erat) ædificare, & claustrum in eo exstruere aggreditur.

Anno C I O. LXXXVI. Affligemensis cœnobij fundatores, qui omnibus abiectis ita nudi ad ædificandum claustrum conuenerant, ut nihil secum, præter panes tres, dimidium caseum & pauca ferramenta detulerint, vix tribus annis exactis, à Gerardo II. Cameraensi Episcopo, in honore Apostolorum Petri & Paulli, Ecclesiam dedicari faciunt.

Comitissa Adela, cum duobus filijs suis, Henrico & Godefrido, ad ædificandum iniibi cœnobium, eundem locum libertate donauit.

Prædicti fratres monachos, à quibus monachicum ordinem discerent, sibi adlociauerunt.

Anno C I O. LXXXVII. Dominus Fulgentius huius cœnobij primus Abbas hoc anno electus est in festiuitate S. Martini.

Anno C I O. LXXXVII. Dominus Fulgentius primus huius cœnobij Abbas consecratus est in festiuitate S. Gregorij.

Anno C I O. XC I. nobilis vir Heribrandus diuinâ reuelatione admonitus à S. Petro apud Afflighem ad conuersionem venit; qui XXX. die mox à Deo vocatur. Quem secuti quinque

An. 1086.

An. 1087.

An. 1091.

filij eius, frater quoque magni nominis & Potentiae, nomine Ingelbertus, omnes tonsu-
rati ad cœlestes thesauros terrena patrimo-
nia transtulerunt.

Genapia.

* *Godefridus Bullo-*
nius.

Fraxinensis:
cella.

Cella S.
Andrea.
sol.

Forstum.

An. 1120.

Anno C I O. x c V I. Ida boloniensium Co-
mitissa tradidit nobis Ecclesiam, quæ est in
villa Genapia, cum decimis & vniuersis eius
reditibus, consentientibus filijs suis, Gode-
frido Duce, Eustathio & baldeuuino.

Idem * Godefroidus Dux, filius in eadem
villa quinque mansos terræ nobis donauit;
ad quos ipsa postea quasdam partes circum-
iacentes, plane vnum cōtinentes, in augmen-
tum concessit.

Anno C I O. x c I X. cellam Fraxinam do-
mnus Fulgentius Abbas suscepit regendam.
Parro Fraxina seu Fraxinea cella, Gallicè Fres-
ne, Prioratus est in Gallo-Brabantia, cuius ini-
itia Ereburgi pia matronæ debentur.

Anno C I O. c. cellam sancti Andreæ pro-
pe Brugas sitam dominus Abbas Fulgentius
suscepit regendam. De ea fusè egimus cap.
xlviij.

Anno C I O. c v. immunitas Affigemen-
sis Ecclesiæ etiam Apostolicâ auctoritate à
Pascha huius Papa corroboratur, anno VI. Pon-
tificatus eius.

Dominus Fulgentius Abbas locum, qui Fo-
rest dicitur, suscepit. Vide cap. lvij.

Anno C I O. c x x. cellam in Bornehem
Dominus Abbas Fulgentius suscepit regen-
dam,

dam, tradente Abbatे, & Canonicis eius monachis factis, quia per eos regi non poterat.

Est autem Bornehemium Flandriæ municipium, titulo Baronatus illustre, inter Antuerpiam & Teneramondam opida, ex opposito Tamise, ad veterem alueum Scaldis fl. situm; in quo Abbatiale Canonicorum regularium olim cœnobium, circa annum millesimum centesimum fundatum exstitit, cuius hodieq; rudera ac vestigia spectantur. Sed N. Bornehemiensi Abbatе secundo, cum sodalibus suis, institutum Benedictinum in Affligemio amplectente, universa eius loci prædia Affligeniensibus accesserunt. Hodie Bornehemium Præpositura est ac parœcia, Affligeniensi Abbatiae annexa.

Anno CIO. CXV. Dominus Fulgentius Fliderbeccæ. Abbas locum, qui Fliderbekedicitur, suscipit. Vide cap.l.

Anno CIO. CXXXII. Domno Fulgentio Abbati locus Bigardis commendatur. Vide cap.lxi.

Anno CIO. CXXXIX. Godefridus Louaniensis, Dux Lothariensium moritur, & Affligeniensis templi sepultura honoratur.

Anno CIO. CXI. Henricus Comes, filius Ducis Godefridi, superiori anno defuncti, militiæ cingulo deposito, Affligeniensis monachus factus, cœlestis militiæ signaculum accepit, & citè vocatus à Deo migravit.

Bornehe-
mensis olim
Abbatia.

Bigardia.

An. 1139.

An. 1152.

*Bruxella in
basilicas S.
Nicolai me-
ritis B. Ma-
ria plurima
patruntur
miracula.
* Capellam
B. Mariae in
Vuauera
Henricus
Comes Bra-
chatesis de-
dit Afflige-
mienstibus
an. 1096,
Vide cap.
xliij.*

Anno CI C. clii. in Ecclesia S. Nicolai, quæ constructa est in opido Brusellenſi, S. Maria mater Christi operata est tanta miracula, quod à temporibus Apostolorum adeò magna & frequentia, in tam breui tempore nū quam sunt audita. Dum enim consensu Abbatis Affigemienſis, & consilio fratrum, fere trum illud in honore S. Mariæ auro & argento operiendum, ab Ecclesia* Vuauerensi, cum cæteris reliquijs, quæ in eadem continentur, fuisset allatum, & in Ecclesiam S. Nicolai reuerenter locatum, statim operante diuina virtute, per merita gloriosæ virginis, cæci viſum, surdi auditum, claudi gresum receperunt, & tot infirmi variis languoribus oppressi, à Paschali hebdomada vsque in diem nativitatis S. Ioānis sanitatē optatā consecuti sunt. Si fratres supradietæ Ecclesiæ hæc per singulastili officio fidelium memoriarum commendassent, non paruum volumen posteris profuturum conscripsissent.

Hoc bono odore tota prouincia in breui respersa, non solum ex nostris, sed & ex valde remotis partibus factus est concursus diuitum & pauperum: diuersæ ætatis, & utriusque sexus fideles cum oblationibus suis conuenierunt, & tantam pecuniam, quæ non facile æstimari potest, hac ratione diuidendam obtulerunt; partim scilicet in sustentationem pauperum, partim in restaurationem Ecclesiarum, partim in usus fratrum in Ecclesia Affigemienſi, vel Vuauerensi Deo seruienti-

um. Ab-

um. Abbas etiam Affligemensis, & fratres eius, pedites vsque ad ipsum opidum conuenerunt, vbi albis vestiti & cappis induti, processionem multitudine monachorum compositè & honestè ordinauerunt, & sic cantando, Deum & eius Genitricem collaudando, cum magna gloria & applausu totius populi: qui ea die dicuntur fere ad xxx.milia conuenisse, Ecclesiam S. Nicolai intrauerunt. Attestati sunt fideles, numquam se aliquo conuentu, qui factus sit aliquando, siue Imperatoris, siue iussu Romani Pontificis, tam honestam, & tam bene ordinatam processionem vidisse.

Quoddam insuper beneficium, quod non esset silentio prætereūdum, imò super cetera commendandum, ipsa gloriosa Domina consultit toto illo tempore fidelibus suis, per quod bella multa, quæ iam, instigante maligno, concitata fuerant, & seditiones consopitæ quieuerunt. Dum enim ex diuersis partibus multi conuenissent, de quibus auditum est, quod inimici essent ad inuicem, statim sine villa exactione pecunia, vel qualibet satisfactione, quæ inter sacerdotes in huiusmodi negotiis solet fieri, solo Dei timore, & amore piissimæ Matris correpti, interuentu fidelium in pace reconciliati sunt.

Hoc finito tempore relatū est feretrū illud in supra nominatam Ecclesiam cum reliquiis; nec tamen toto illo anno desistit Mater misericordiæ à cœptis circa circa infirmos beneficiis.

An. 1153.
Onse Lieue
Vrouwe
van VVa-
ueren.

Anno CIO. CLIII. Brusellenses opidani
Dominam nostram (sic enim aiunt) de Ecle-
sia Vvauerensi deuotè & humiliter tollen-
tes, cum honore suscepérunt, & suō tempore
pacificè & cum gaudio remiserunt.

Hactenus ex MS. Sigeberti Gemblacensis
Chronico, quod à monacho Affligeminiensi au-
ctum, V.Cl. Iustus Lipsius è sua ad nos bibliotheca
transmisit.

Affligemiense porrò cœnobium, inter Bruxel-
lam & Alostum opida loco amœnissimo situm vi-
situr; cuius quidem loci dignitas Abbatialis, Apo-
stolicā ac Regiā auctoritate, Archiepiscopatui
Machliniensis, patrum memoria instituto, est an-
nexa.

CAPVT LXXI. MVNSTERIENSIS Seu Monasteriensis, B. Virginis Abbatia, olim extra, nunc intra muros vrbis Luceburgen- sis sita.

Haud longè à muris vrbis Luceburgensis,
in iugo montis, inter ruinas castri Veteris
Luceburgensis, & castri Mansfeldici, à
Petro Ernesto Mansfeldio, anno millesimo quin-
gentesimo nonagesimo, exstructi, celebre olim
existit cœnobium, BB. Apostolis Petro & Paulo
primitus dicatum, post Deiparæ Virginis co-
gnomento donatum, quod ob excellentiam pra-
ceteris